

### L 13 „Ich bin eine römische Bürgerin!“

Flavia Quinto suo<sup>1</sup> salutem dicit.

Certe cura te sollicitat, quod tam diu nihil de me cognovisti,  
sed epistulam tibi scribere non licuit.

Quam aspera mihi est fortuna, quam adversa!

Sortem patris et matris et fratrum ignoro, ego nunc serva sum in Gallia!

Certe quaeris, Quinte: „Quare?“ Audi!

Vir Gallus nomine Aufidius Aridus me una cum Galla in Africa emit  
et in servitatem abduxit.

In Africam ex Asia **veneramus**.

Piratae enim in mari alto navem nostram<sup>2</sup> **invaserant**,

nautas per vim **oppresserant**,

viros **necaverant** aut in mare praecipitaverant.

Feminas autem primo in Cyprum insulam **abduxerant**,

deinde mangoni<sup>3</sup> **vendiderant**.

Is<sup>4</sup> nos in urbem Asiae transportavit<sup>1</sup>, ubi mango<sup>3</sup> Afer nos emit.

Numquam adhuc homines tam inhumanos **videram**.

Nunc in villa ad Nemausum sita serva sum.

Etsi domina nobiscum bene agit, servitatem non sustineo.

Ego civis Romana sum, nata sum libera, serva esse non debeo.

A te, Quinte, auxilium peto, a vobis cunctis auxilium spero.

Redimite<sup>5</sup> me una cum Galla e servitute!

Reducite nos in patriam!

Vale!

---

1) **suō**: ihrem 2) **noster, -tra, -trum**: unser 3) **mangō, -ōnis** m: Sklavenhändler  
4) **is**: dieser 5) **redimere**: freikaufen